



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

40. Specie sanct. pecunias captant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

que ad lartiam sanctimoniz ad præstigias re ipsa, incantationes, & emun-
genda marsupia. Pol si hodie etas iidem aderant, sed ita transformati, ut
tanquam valde nouos nec ante conspicitos admiraretur plebs stolida;
horum manipulus est squalida & exanguis macie collectus (quo maxime
Bonij opinionem pœnitentiae affectant) sub primam auroram, urbis
comitum occupabant, & sua quisque se lignea cauea claudebat, ad
mensuram corporis exacta, & clavis præfixa intus horrentibus. Stabant
ad fores, huius socij strophæ duo vel tres, sistebantque populum ad
spectandum miraculum prodigiosæ sanctitatis. Densæque mox circum
coronæ sancto sacerrimus sycophanta de fenestrali foramine monstrabat
se cum cadaueosa sua & afflictissima facie, vnaque illius edens ca-
sam, aiebat se post duros labores diuturnæ anachoreseos in acuta rore
præcelsi montis exantlaros, cœlitus monitum de ædificando templo;
quem nominabat Deum nescio quem, aspectabilem sibi adstitisse, insi-
fisse sibi templum ponì, præfixisse mittendis fundamentis diem, vnu-
seque prius orizæ granum aut aquæ stillam in os iniicere, aut somni
momentum capere, quām sumptus collegisset complenda fabrica sus-
fecturos: eius inedia testem se dare os emaciatum quod cernerent; co-
etæ insomnia intenta in corpus clavorum acumina. Deo enim iubente,
fieri aliud non posse; cum his oddebat fenestræ pessulum; stipem lagri
metebant à stulta plebecula lepidi comites ædificando templo, hoc ei
ventribus Bonziorum: iidem sanctæ actores fabulæ sub noctem fa-
in cauea infaustum vulturem, in commune hospitium reportabant vii
ab Nanchinenium crumena lautissimè; de simplicitate epulabantur
falsè & lepidè. Verum his multo alij peiores, de obseruata diligenter illi
Christianorum vita & moribus mimum suum agebant, leuanda
egentibus, iuandis ægrotis, visendis carceribus, ferendis patientes,
gratulandis que sibi iniurias in nullo absimiles à Christianis videbantur,
nisi quod ubique lucrum & pecuniam spectabant; ac Lipni quidem,
quod præst Bonziis tribunal, captos, cæsos, & multo plagarum cruci-
tos sanguine elecit extra urbem, sed haec Christianis næuis quidam
dubij nominis, & suspectæ famæ, ne forte aliquid pravae mentis, pro-
bitatis fuso & ipsi fuerent. His ergo in legem Christianam damnos
& veteribus in illam Bonziorum odiis Vagnonius, auersiores ab iis con-
cepit animos quām expediter ab eo exerci, & quos illi suggestis reli-
giosus ardor, sed eo euenu quem præcaveri oportuit. Et de multitudine
sceleratorum prioritata maturè prospici, velut bonæ cause effi-
ctum improbum: gesta enim scribo, non Angelorum sed hominum,
quos vt longè muliūque perspicaces, quædam fallunt interdum at
fugiant, & discunt suo periculo quod posteris prosit, maiori quin etiam
fortassis compendio notat historia errata bonæ mentis, quam culpas
improbæ quæ se vltro produnt viris bonis, quibus eas noſe, vitare
est. Quantus nihilominus in Apostolico munere Vagnonius fuit,
annorum quinque & viginti ostenderet series, ad quadragesimum pro-
duci

40.
Specie sanct.
pecunias ca-
ptant.

ducā huius æui, & si quem illic patem habuerit, certe non habuisse me-
liorem.

Non fuere tamen procellæ huius venti primarij Bonzij , sed Mandari-
nus Chio Scin nomine ; qui eam & conflauit solus , & primus impulit.
Ab aula rēcens Nanchinum aduenerat in Coilegam Lipu , hoc est tribu-
nalis Externorum simul , & Sacrorum electus ; a pueri quidem idolorum
ecltor, nunc palmarum ambiens inter eorum defensores. Patres ergo na-
tus in sua potestate, tūm ratione peregrinitatis , tūm religionis , aures
vtrō Bonziis præbuit ; exemplō vt appulit ab eorum aditū Prætūribus;
rogant si quid dij cura sint, nam se illa gratia indignos , carcinomata illa
occidentalium Doctorum cum ea quam tradebant exterminaret lege, tot
iam locis diffusa , & pulsorum exitio deorum omnia occupante, vt pro-
pe iam malum remedio careret: cūm autem illius erga nos simularia Pechi-
ni amicitiae crederent, putarunt precibus addendum pondus quo illum à
nobis dimouerent ; addunt aureorum sedecim millia in beneficij gratiam
caeluros ; quibus tamen nihil erat opus , nisi vt pridem occulte inimi-
cissimum vchementiū inflammarent : tot demum precibus, iejniis, &
penis spondent se coram diis acturos vt exoraturi prolem masculam
ex iis essent, qua impatientissimè carebat, hoc vero tam bellè ab iis præ-
stitum, vt eius paulò post viuacem filiam mors præcox abstulerit. La-
mentabatur secum suam orbitatem , cūm illuc ab India Brachmanes
appulit ex iis quos Logos nominant , & idololatrae pro sacrofancis ve-
nerantur: hunc ipse diuinis exceptit honoribus , & multum indignanti-
bus Mandarinis suas illi vxores duodecim procumbere in genua voluit,
vi fecunditate ab eo donarentur. At scelēstissimus sycophanta præoc-
cupatus instinctu Bonziorum , filium Mandarinū à diis promisit unum,
sed plures, si eniteretur hoc beneficium emereti, pellendis Patribus ex-
tra Sinas , & eorum lege diis exitiali. Non erat impotens idolorum cul-
tor agendus stimulis quod sua pridem sed dissimulata in Christum odia
rapiebant , & qui deorum suorum amenti studio , famæ iacturam &
olim , & tunc incurrerat. Magistro vſus erat in Theologica idololatria
suo quodam agnato , literariis gradibus ingenti laude insignito, sed in-
solentissimè arroganti, quare desperata tot inter millia parium , & præ-
stantiorum prærogatiua doctrinæ & gloriae, simulatione sanctitatis, ad
eam admolitur : caput attonderet , cultum mutat , exuit Literatum , in
Bonzium vertitur , repente sit sanctus, non ex farina truiali , & vul-
gari, sed qui gestatores haberet discipulos , statueretur ab iis in altari,
prostaret illic tanquam Deus , adorationibus ethnicorum sacrilegis cole-
re tur, quas illi omnium primus exhibuit quo de hic agimus eius disci-
pulus Scin Mandarinus , qui auctor etiam illi fuit vt Catechismum
Ricci confiraret ; suadenti senex nonagenarius morem gessit capitibus
quatuor suo cuidam operi ūbiunctis quibus totus erat in refelendo illo
& deridendo Christianorum uno Deo quem assernerat Riccius , sed eius
impias dormitiones , & superba deliria Doctor Paulus tam acu-

41.
Crudelis,
ignoratio-
sa, & fraud.
PP. ciectio.

A a a